TRACTATVS
DE POTESTATE IN SEIPSVM.

Diuus Paulus ad Galat. cap. 6. v. 4.
Conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris.

Authore

D. BALTHASSARE GOMEZIO DE AMESCVA
I. C. TOLETANO.

Nunc denuò in lucem editus, & à multis erroribus ob purgatiorem ſtudioſorum lectionem accuratiſſimè expurgatus.

15613
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

MEDIOLANI

Apud Hieronymum Bordonum. M. DC. IX.

PERILLVSTRI
D. D. PAPIRIO
CATANEO

In Excellentiſſ. Mediolani Senatu digniſſimo Senatori, ac Domino noſtro Colendiſſimo.

Hieronymus Bordonius, ac Petrus Martyr Locarnus. S. P.

EX mari, vnde exeunt, redire flumina, notiſſimum eſt omnibus; & nos hoc permoti exemplo, ſeruituti tuæ quam ſtudioſiſſimè addicti, Librum hunc de POTESTATE IN SEIPSVM ab humanitate tua, poſteritati conſulente, nobis, vt typis mandaremus, traditum, eidem tuæ humanitati reddere decreuimus. Non erit accuſandus in hac electione noſter animus, quippe qui, vel ob ipſius tantùm materiam, perilluſtre, ac perex imiũ hoc opus neceſſariò dicandum eſſe tibi cognouerat; cui non ingratum etiam fore putauimus, cum & Imperatoria quoq; dignitate dignum aliquando exiſtimatum ſit. Et cui magis illud conuenire videbatur, quam tibi; cum in ipſo, tanquam in non mendaci ſpeculo, ſingulas animi tui dotes omnino intueri, ac contemplari poſſis? Nam, ſi qua ratione ſenſus noſtros liberè vagantes, ac perturbationes in mente concitatas coerceamus, in ipſo opere edocemur, &

TRACTATVS DE POTESTATE IN SEIPSVM.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIA EX CAPITE SEQVENTI.

1 *Neminem eſſe dominũ mẽbrorum ſuorum, axioma vulgatum.*
2 *Malus eſt ſeruus, qui ſe tentat occidere.*
3 *Milites, qui ſibi manus inferunt, puniuntur.*
4 *Qui ſe caſtrandũ præbet, punitur.*
5 *Nemo pacto ſe facit ſeruum.*
6 *Homo liber non datur in pignus.*
7 *Suſpendioſi lugeri non ſolent.*
8 *Nemini licet ſe occidere.*
9 *Homo non eſt dominus vitæ ſuæ.*
10 *Sed ſolus Deus.*
11 *Ea, quorum quis eſt dominus, debet poſſe conſumere.*
12 *Dominium in hominem liberum non eſt in rerum natura, & numero 13.*
14 *Actio, & paſſio non poſſunt eſſe in*

 eodem